



*Ad. 601*

Calixtus, R. H.

*nebst*

*21-171*

*MF (1,6-n)*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-650779-p0003-0

DFG

Friedrich Ulrich Calixt

(A690.)

*Q. D. B. V.*

DISPUTATIO JURIDICA

*De*  
**JURE MAJESTATICO REGIS ROMANORUM,**

*Qvam*

Consentiente Illustri JCtorum Ordine

**IN ALMA LIPSIENSI**

*PRÆSIDE*

**DN. CHRISTIANO WEIDLINGIO,**

Phil. & J. U. D.

*Dn. Præceptore ac Fautore suo*

*maximè devenerando,*

*publicæ ventilationi*

*Ad d. XVII. Maii. A. M DC XCV.*

*exponet*

*A U T O R*


**JOHANN. EHRNREICH VIBEGIUS,**  
Posonio-Hungarus.

---

*LIPSIÆ,*

Typis IMMANUELIS TITII.





**Nobiliss. Dni. Respondentis**  
Venerandum Dn. Parentem,  
Ministerii, quod Posonii est, Evangelici  
Seniorem Meritissimum,

**D. VAL. ALBERTI.**



Voties de Te, Senex optime, cogito, cogito autem s̄epissimè, toties in mentem venit illius, quod de Nathanaële ipse dixit Christus Joh. I, 47. *Ecce, verè Israëlitā, in quo dolus non est.* Et qvī non veniret? Inter alias enim virtutes candor Tuus notus adeò probatusqve est omnibus, ut domi ac foris hōc imprimis elogio jure meritoqve celebreris. Nondum elapsū est biennium, ex qvo Vir Illustris, postqvam in Aula Imperatoris munere Legati Electoral. Sax. egregriè defunctus Viennaqve feliciter ad nos reversus esset, privatim mecum locutus Te *Sincerum Theologum* sincerè ipse, quod est, candidè apertèqve vocaret, hisqve paucissimis verbis in compendio qvasi prolixissimè laudaret.

)

Ta-

Talem enim Te deprehenderat ipse, cum sacris  
vestris iterum iterumque interesset, tuaque con-  
versatione mirum in modum oblectaretur.  
Nec alium ego Te cognovi per biennium illud  
& ultra, ex quo Filium Tuum Unicum, Virum  
Juvenem Eximum, inter Convictores Meos nu-  
meravi. Testis enim esse possum candidi tui ve-  
reque paterni affectus, quo prosecutus es illum  
constantissime, de modo piè honestèque viven-  
di non minus, quam de studiis sumptibusque  
necessariis prospiciens ipsi abundè. Huc enim  
literæ tuæ, quas ad me Filiumque dabas sapissi-  
mè, respiciebant omnes, testimonium Tibi perhi-  
bentes omni exceptione majus, Te domi quo-  
que, Tuorum in gratiam & commodum, esse  
*ἀληθῶς*, verè, Israëlitam, in quo non est dolus.  
Faxit autem Deus, ut Filius etiam Tuus, Amicus  
Meus Dilectissimus, postquam ad vos, eruditissi-  
mâ hâc Disputatione cum applausu nostro ha-  
bitâ, salvus ac incolmis, quod opto exoptoque,  
redierit, Te Sincerum in Ecclesia Theologum, sin-  
cerus in Republica Iustus referat examissim, Na-  
thanaël novus, vereque Israëlita, in quo non est  
dolus. B. V. Venerande Vir, tuumque mihi can-  
dorem ac favorem, quod facis, serva. Lips.  
17. Maii. A. 1695.

S. & O.



I raberis forsā, B. L. qvid me impulerit ad seligendum hocce sublime Juris Publici Thema. Ast desines mirari, si accurata animi lance sumorum JCtorum effata totumq; dissertationis rubrum pensitaveris. Audi Oraculum Saxonum B. Carpzovium *in præfat. ad Jurispr.*

*Consistorial.* Sunt oppido multi, qvi amplissimum JCtorum munus Juris privati cancellis angustissimis includunt iisqve non nisi tertiam politicæ partem, qvæ causas concernit forenses & minutiores de stillicidiorū ac parietum Jure, de aqua pluvia arcenda, de calce fodienda, de cloacis & ejusmodi reliqvis, qvæ non ita magni ad Rempublicam sunt momenti, relinqunt; Legis latoriam verò & Consultoriam solis Politicis attribuunt. Ita scilicet Politicos à JCtis discriminant illisqve curam & administrationem Reip. Jurisqve publici tractationem plena manu largiuntur; hosce autem ad avaritiam usq; tenaces, in privatis litigiis subsistere jubent, ut parum absit, qvin JCtis publica tractantibus πολυπραγμοσύνη imputent & adscribant. Satis inique in nobilissimam Jurisprudentiam, siqvid res est, & seniori judicio alii senserint fateri lubeat. Adi Limnæum & percipies judiciū *in præfat. ad Jus Publ.* qvando ait: Studiosum juris intermisferabiles personas referendū, nisi calleat Jus publicum. Arumæus vult, eum ne nomē quidem JCti mereri, qvi Juris publici cognitione non est imbutus. Vitr. *in Jur. Publ.*

p. 44. Impulit igitur calatum inserviendi cupidum & summa hujus thematis dignitas, & perplexa illi<sup>o</sup> difficultas. De illa, me etiam tacente, verba faciunt LL. publicæ clarissima. Et quid qvæso subdito fidelissimo magis dignum, qvam Summi Imperantis sui summa jura, si non armis semper, gladio tamen oris defendere? Hungarum Hungarici Serenissimi Regis jus Regium contra invidos adversarios tueri decet. De hac prodeant conquerentes JCti, qui sumimè perplexam ac difficillimam clamitant de Majestate Regis Romanorum materiam. Vincit causam? Dabo, tūm qvod à paucis distinctè tradita, tūm qvod sobriè de ea sentiendum. Omnium instar unicus esse potest Nobilissimus JCtus pariter ac Politicus Knicchenius, in *Opere Polit.* Lib. 2. part. III. sect. 1. pag. 179. hæc in perspicua erumpens verba: *De potestate Regis Romanorum vivō Imperatore electo propria aliquid certi consignare non solum difficile, sed etiam arduum, ac ideo à nemine, ut scimus, accuratè ac ad normam Legum nostrarum fundamentalium perfectum est.* Ast qvomodo juvenile ingenium Herculeo huic labori ferundo par esse poterit? Fretus auxilio Dni Præsidis mei validissimo, Tuoqve B. L. infucato favore vacillantibus imposui humeris. Divina Majeſtas conatus meos felici beat eventu!

§. 4.



# Conspectus.

§. 1. Rejicitur frustranea terminorum evolutio, approbatur necessaria.  
§. 2. Sistitur Etymon Juris. §. 3. Enodantur hujus diversæ acceptiones secundum Grotium annexa determinatione. §. 4. Exhibitetur Majestatis, in quantum fas est, Etymologia & Synonymia. §. 5. Removetur Majestas merè personalis, qualis in Augusta conspicienda, insimulq; probatur, in hanc non committi crimen lœse Majestatis. §. 6. Resolvuntur dubia concedendo eximia quidem privilegia, minimè verò summam potestatem Imperatrici competere. §. 7. Expenditur, num Superioritas territorialis pro Majestate habenda? §. 8. Rationes adducuntur, quæ huic sententia opitulari videntur. §. 9. Declaratur positivè, quod Majestas realis & propria, sive regularis sit sive irregularis, hic quadrat. §. 10. Duplex Majestatis communicatur definitio. §. 11. Posterior enucleatur ex mente Conringii & Schwederi. §. 12. Subjectum commune ac speciale Majestatis secundum hypothesin Grotianam defenditur. §. 13. Commendatur aliquis conciliatio vexatisimæ controversiæ de immediata Majestatis causa. §. 14. Modus indicatur, quomodo populus conferat summam potestatem, scilicet non subordinatè sed abdicativè ac privativè. §. 15. Adducuntur nonnullæ v. g. fœderæ inæqualia, promissa &c. Majestatem non evertentia sed limitantia. §. 16. Inviolabilitas asseritur indebilis Majestatis character, hinc negatur contra imperantem licitum esse moderamen inculpatæ tutelæ. §. 17. Regis Rom. diversæ commendantur acceptiones. §. 18. Refutatur cum Limnae Caninius confundens acceptiones spectantes ad imperatorem cum illis quæ Regi Rom. tribuenda. §. 19. Affirmatur contra Limnaum & quæ rectè dici Regem Rom. ac Germanicum. §. 20. Stabilitur esse è re imperii Regis Rom. electionem. §. 21. Origo declaratur & remota & proxima, hacq; occasione reprehenduntur, qui Wenceslaum primum appellare amant. §. 22. Ostenditur quòd hodiè & invito Imperatore R. R. eligi possit, ita ut ne quidem humili Electorum rogatione opus. §. 23. Applicatur terminorum evolutio ad thema afferendo in Rege Rom. Majestatem propriam, realem numeroq; eandem cum Imperatore. §. 24. & 25. Probatur hæc assertio (a) per titulos Majesticos, salutatur Majestas,

rias, semper Augustus, Caput Imperii    §. 26. (β) Per ipsam potestatem  
majestaticam ex LL. fundamentalibus, ubi contraria insimul explodun-  
tur.    §. 27. Transitus instituitur ad jura majestatica dividendo in reser-  
vata & communicata.    §. 28. Suscipitur probatio per reservata, &  
quidem (α) per jus primariarum Precum, quod proprio jure Regi Rom.  
competit.    §. 29. Probatio haec continuatur & vindicatur.    §. 30. (β)  
Per jus erigendi Academias. Explicatur modus, applicatur & defendi-  
tur.    §. 31. (γ) Per jus conferendi dignitates Imperii. Modus iterum  
declaratur & ad dubia respondetur.    §. 32. Progressus instituitur ad  
communicata, quorum diversæ notantur classes.    §. 33. Probatur (α) per  
jus declarandi in bannum. Exponitur modus & applicatur ad Regem Rom.  
§. 34. (β) Per Regale investiendi de Feudis Imperii & majoribus, & mino-  
ribus, ubi incidenter notatur hodiè non omnem investitaram per vexilla,  
uti vulgo creditur, esse abrogatam.    §. 35. Per jus cognoscendi de con-  
troversiis Feudorum majorum & quæ ac minorum.    §. 36. (δ) Per jus  
ferendarum LL. Universalium.    §. 37. (ε) Per jus indicendi Comitia  
imperii universalia.    §. 38. (ζ) Ex criminis læse Majestatis, quod &  
directè in Regem. Rom. committitur contra Carpz.    §. 39. (η) Quod  
Regibus absolutâ potestate gaudentibus præferatur.    §. 40. Responde-  
tur ad argumenta eorum, qui omnem Majestatem realem Regi Rom.  
denegant.    §. 41. Resolvuntur eorum dubia, qui duplum cum Limn.  
in imperio defendere allaborant Majestatem.    §. 42. Satisfit illis, qui  
delegatae favent potestati.    §. 43. Subnectitur conclusio.

§. I.



§. I.



Vamvis facilè Clarissimo subscribam Gailio lib. 2. de Pac. Publ. c. 1. n. 15. afferenti, potiorem rerum qvàm verborum curam esse habendam, nominumque disputationem pertinacibus relinqvendam. Verborum tamen omnem planè curam esse negligendam experientia rerum exquisitissima vetat magistra, cum cognito benè vocumusu in rerum ipsarum inducamur cognitionem. Hinc veniam mihi forsan dabit B. L. si Pauli & Ulpiani exempla imitatus, vid. L. 2. §. 2. ff. si cert. pet. & L. 1. §. 1. ff. de pac. nonnulla ὀνοματελογίας concernentia præmisserim.

§. II.

Primum in rubro Dissertationis meæ locum occupat **JUS**. Qvot, & qvas hoc vocabulum habeat derivationes, meum non est anxiè inquirere. Sive igitur qvis cum Gvilielmo Grotio credat à voce **JUSSUM**, (qvæ à jubendo venit) derivatum, sive malit cum eodem à JUSTO deducere, qvæ derivatio ab Objecto petita, à qva nec Ulpianus abludere videtur L. 1. ff. de J. J. Vid. Gvil. Grot. princ. J. Nat. c. 1. §. 2. p. 2. sive cum Becmanno in Orig. Lat. ling. ad Lingvam Hebraicam, & quidem יְשָׁרֵךְ Rectum, æqvum esse, à qva voce Hebræi librum de Just. & Jure vocant librum rectitudinis & æquitatis, me non habebit contradicentem, cùm unius vocabuli ulla absqve absurditate diversi possint esse originationis fontes. vid. Stryck. in Exam. Jur. Feud. c. 2. qvæst. 1. § 4. p. m. 23. § 25.

§. III.

Nec mei instituti est, communes & à themate præsenti significations remotiores adducere, sed eas saltem delibare, qvæ huic materiæ lucem accendere valent. Jus variis accipi modis, testes sunt JCti Pau-  
lus ac Martianus L. pen. & ult. ff. de Just. & Jur. Tres v. præcipui mihi ad palatum: (1) Cùm accipitur pro omni eo, qvod est justum, h.e. factum concessum & non improbatum, interprete Gronovio ad Hug. Grot. de J. Bel. & Pac. lib. 1. c. 1. §. 3. (2) Cùm adhibetur pro qualitate morali personæ competente ad aliquid justè agendum vel habendum. Dixi pro qualitate morali, scilicet non solum activa, ut propter

Tractatur

pter eam aliquid ab altero exigi possit, sed & passiva, quatenus per id aliquis recte quid accipere potest. Pufend. I. I. 10. (3) Quando idem valet, quod Lex, ut sit regula actuum moralium obligans (quo contra distinguatur consilii) ad id quod rectum. vid. Gvili. Grot. l. c. p. 3. Hug. Grot. l. c. p. 58. De facili autem colligere licebit, mihi impræsentiarum medium arridere sententiam. cum ea meo proposito maximè favat.

#### §. IV.

Nunc se offert secunda rubri vox MAJESTATICUM, circa quam paulò prolixiorē me esse jubet materiæ fœcunditas æqvè ac dignitas. Hujus autem originem à Majestate esse accersendam, cuilibet patet. Majestatem verò à Magnitudine dictam, intrepide assero cum Rume-  
lino ad A. B. p. 695. Majestas enim quasi Major Status, sive major po-  
testas dicitur, eo, quod magnitudinem, potestatem ac dignitatem sta-  
tus eminentioris & sanctioris denotat. Harprecht. in §. Publica au-  
rem judi. 3. n. 2. Inst. de Publ. Jnd. El. Rhevald. ad L. Jul. Majest.  
th. 5. A Gallis vocatur la souvrainite. Ab Italis la signoria, ab His-  
panis la Majoria indigitatur. Grotius summæ potestatis utitur titulō  
de J. B. P. L. I. c. 3. §. 7. seqq.

#### §. V.

Hujus autem loci non esse, ex substrata apparet materia, Majestatem merè personalem sive titularem, quæ & Augustæ, Serenissimæ Imperatoris Conjugi majoris splendoris conciliandi gratia conceditur. Notanter dico: Majoris splendoris conciliandi gratia, quia directe & im-  
mediatè in Imperaticem non committi potest crimen læse Majestatis, quippe quæ reali haud gaudet Majestate; nisi in quantum per latus ejus Invictissimi Imperatoris tangitur inviolabilis Majestas. Si cum aliis magis accuratè loquendum, non tam in Augustam quam in Augustam  
committitur crimen læse Majestatis. vid. B. Jac. Thomas. in Doctr.  
Rom. Imper. p. 29.

#### §. VI.

Res qvidem ipsa & LL. publicæ loquuntur; eximia jura ab Imperatore Augusto Augustæ fuisse concessa. Certè gaudet exercitio juris primariarum precum quoad Abbatissas. Nonne in processionibus proximum post regem Bohemiæ tenet locum per A. B. tit. 26. §. es soll auch. ? Habet suum Archi-Cancellarium, qui est Abbas Fuldensis per

Re-

Reces. Imper. Augspurg. 1566. Cujus officium est, Imperatricem cum coronari, aut in veste imperiali sedere vel stare contigerit, ut ipse coronam, qvoties ita mōs vel ordo postulat, à capite Imperatricis deponat, retineat interim, atqve suō tempore reponat. Habet qvoqve suum Archi-Capellanum, qui est Abbas S. Maximini apud Treviros. Sed hæc omnia summam qvidem probatam dant dignitatem, eximiaque stabiunt jura, nondum tamen summam potestatē sive Majestatē evincunt.

### S. VII.

Multò minùs meam facio, laxam illam acceptiōnem, prout à non paucis, in specie à Joh. W. Relfendso Heromant. *Tract. de sum. Princip. Germ. potest. c. 3.* Bernh. Khoene *diff. de Modern. stat. Elect. sive Imperii p. 36. seqq.* pro territoriali superioritate accipitur & Vasallis vinculo Feudali obligatis, vindicatur. Licet etiā nullo inficias eam modo, dari Vasallos (qvales sunt ordines imperii) qvorum in ditionum suarum administratione potestas satis sit ampla & Majestatis æmula; attamen planè summam potestatē eos in ditionibus suis regendis habere, dubitant multi Eruditorum. V. L. von Seckendorff in teutschen Fürsten-Staat p. II. c. 2. n. 1. verb. *Dass dannenhero ein Teutscher Fürst ic.* Rhet. Disp. de stat. subdit. Imp. c. 2. §. 10. 11. it. Disp. de secularisat. c. 4. n. 22. Schweder. in Introd. Jur. Publ. p. 892. Adde formul. Juram. in Sam. Stryk. Exam. Jur. Feud. Append. n. 14. 15. 16. *Ordnung des Landfriedens zu Worms de Anno 1521, tit. Handhabung des Friedens s. darauff befehlen.*

### S. IX.

Favere huic sententiae videtur (1.) qvod Principes Imperii in literis utantur formula: *Wir von Gottes Gnaden ad exprimendam vicariam Dei potestatem.* Klock. *consil. 3. Tract. de Contribut. adj. 2.* Axioma Juris publici decantatissimum. Tantum potest qui libet statu in suo territorio, quantum Imperator in suo Imperio; de cuius genuino sensu vid. Klock. Vol. III. *Confil. 102.* Huld. Eyben. in *Dissert. de Orig. hujus Axiom. c. 8.* Fritsch. Vol. II. *dissert. 9.* Ludov. Hugo de statu Regim. German. c. 4. n. 304. Myl. de stat. Imp. c. 14. n. 11. Bœckler. in Not. Rom. Imp. L. l. 5. c. 7. n. 1. 2. (3) Grotio ejusqve Favitibus opitulari videtur, qvod Rex ditiones quasdam in feudum, accipiens in ordine ad suos subditos superior esse non desinat, cum domi-

nio directo aliter obligatus non sit, quam ratione rei in feudum datæ. Præprimis cum exhibitiō fidei & præstationes cæteræ non procedant ex cogente aliquo Imperio, sed initis inter utramque partem placitis Struv. *Syntagma. c. 6. Thes. 12.* Hennig. ad Grot. *de Jur. Bell. & Pac. L. 1. c. 3. §. 23.* Nullum v. subest dubium, si persona illius Imperantis duplii ac diverso jure censetur. Sic Rex Daniæ salvâ Majestate suâ Vasallus Imperii est, adeoque in literis ad Imperatorem datis hisce utitur formulis euer Råyscerl. Mayj. und Liebden v. eo, quod diverso Jure eum recognoscit. Matth. Steph. *de Jurisd. lib. 2. part. I. c. 2. num. 24.*

#### §. IX.

Consideraturus potius sum Majestatem **Realem** ac **Priam**, Soli illi competentem, qui præter DEum non agnoscit superiorem. Beclm. *in Polit. p. 67.* Sive accipiatur in actu primo potentia proxima, sive in actu secundo, pro ipso exercitio, sive sit absolute, sive limitata, h. e. Capitulatione, pacto vel aliis LL. Fundamentalibus restricta, qualis in Imperio Rom. Germ. fasces tenet, sive regularis sive irregularis, quam Pufendorff cum Severin. de Monzamban. *de stat. Germaniae contra oppugnatores & imprimis Martinum Schokium & Personatum Pacificum à Lapide defendit.*

#### §. X.

Apparet igitur aliquo modō ex hac tenus dictis mihi Majestatem nihil aliud esse, quam Jus ipsum, quod in summa potestate eamque subsecuta veneratione consistit. Arnis. *de Majest. lib. 1. c. 1. n. 6.* Lans. *de Leg. Reg. th. 57.* Carpzov. *de Leg. Reg. Germ. c. 13. seet. II. per tot.* Velsi communis à Conringio etiam ac Swederus approbata definitio magis salivam movet: Summam ubique in Civitate potestatem. *Summa* dicitur, quia ejus actus alterius juri non subsunt, nec alterius voluntatis arbitrio irriti possunt reddi. Grot. *L. 3. 7. 1.* Præter Deum igitur uti suprà monui, superiorem non agnoscit, quia DEI vices in his terris gerit. Otto *de Majestate th. 6.* Eleganter autem Conringius & cum eo Swederus supra laudatus ad declinanda litigia hoc interpretatur: Majestas, inquit, summa est in genere potestatis humanæ, scilicet & negativè, quatenus nulli potestati humanæ subjicitur; Majestas enim sive Potestas positivè summa, i. e., cui omnes

aliae  
lito

aliae potestates humanae subordinatae, nec datur nec ob imbecillitatem generis nostri dari potest. l. c. p. 34.

### §. XI.

*Ubique* Summa salutatur potestas, quod vocabulum non ad locum, sed Regalia referendum, h. e. talis potestas, quae quoad omnia Jura Majestatica per Majestatem sibi concessa, summa & ratione Juris & exercitii dici meretur; uti Swederus ex Conringio facit verba: Vocabulum hoc non in ordine ad locum, sed in ordine ad Objecta, v. g. Leges, Magistratus, monetam, & accipendum. l. c. p. 34.

### §. XII.

In *Civitate* appellatur summa ad innuendum discriminem inter subjectum Majestatis commune & speciale, (quae divisio quidquid etiam Feldenus & Osiander dicant, nec absurdum nec publicè noxia, quippe quae cum hypothesi de duplice Majestate minime concurrit. Vid. Boecl. ad Grot. de J. B. & P. lib. 1. c. 3. §. 8. Lamp. de Rep. Rom. Germ. c. 1. §. 59. & 60. Pufendorff. Elementa lib. 2. ax. 2. Obs. 5. §. 19.) Majestatis igitur subjectum commune, alias mediatum & remotum dictum, est civitas. Grot. de J. B. & P. l. c. Utitur autem Grotius civitatis vocabulo hic & alibi, uti in civili doctrina eodem utendum, ita ut modò cum populo permuteatur, modò incremente Imperii amplitudine multis populis tanquam membris constet, & ita excellentiori acceptione veniat. Vid. Lampad. & Boecl. ad h. l. Grotius ipse lib. 2. c. 9. §. 8. hanc suam repetit positionem, & illustrationibus clariorum reddit: Imperium inquietans, quod in Rege est, ut in capite in populo manet, ut in toto ejus pars est caput, atque adeò Rege si electus est aut Regis familia extincta, Jus imperandi ad populum reddit. Speciale, alias proximum & immediatum repræsentans Remp. est in successivis familia regnans, cuius vices sustinet, qui primus est in familia, in Regnis vero electivis Princeps. Beclm. in Polit. p. 71. Verbo: In Monarchia est Princeps; in Aristocracia Optimates, i. e. Prudentes, Nobiles, ac Divites; in Democratia, Populus.

### §. XIII.

Quoties de origine Majestatis cogito, toties ob summam autoritatem dissentientium inter se summorum Virorum certi quid determinare erubesco. Attamen licebit jam modestè, svadente ita veritatis amore, mentem detegere, & si non ex toto, tamen ex parte, distinctione adhibita pugnantes conciliare: Distingvere autem lubet in-

ter causam primam ac universalem, & secundam ac proximam. Il-  
lam Deum esse largior, quippe à quo omnis imperandi ac parendi or-  
do institutus: Hæc verò sunt pacta hominum in civilem societatem  
coëuntium. Nec ex hac sententia vel inviolabilitati vel sanctitati sum-  
morum imperantium (multò minus sacrarum Pandectarum veritati)  
qvicquam decidere existimò cum Pufend. VII.3.1. Boëcl. diss.3.p.329.  
Culpis, in Colleg. Grot. p. 14.

#### §. XIV.

Tantum autem abest, ut statuam, populum per libertatis civilis  
abdicationem conferre jura sua cumulativè, parte aliqua Juris retenta,  
ut potius abdicativè & privativè, nulla juris parte retenta, fieri putem.  
Certè, si hoc non esset, securitati Imperantium parum foret cautum.  
Non autem populus solum omnia sua jura, sed & jus revocandi jura  
in Imperantem transtulit. Omne enim pactum vel contractus inter  
privatos jus revocandi excludit, alias nihil certi esset in rebus humanis,  
& Princeps qvovis subdito foret deterior, si pactum cum Principe re-  
vocabile esset. Becm, in Polit. p. 70.

#### §. XV.

Cavendum tamen, ne externarum rerum specie in dijudican-  
da Majestatis natura quis decipiatur. Hinc subscribere haud vereor  
illis, qui asserunt Majestatem sive summam potestatem minimè infrin-  
gi (1) Legibus Fundamentalibus, cùm vel sola distinctio inter Maje-  
statem absolutam & limitatam, sive potestatem summam & absolutam  
tollat controversiam: Multò minus (2) foederibus inæqualibus  
qvamvis etiam alter confederatorum certi quid pensaret, modò non  
faciat ut devictus & absqve subjectione. Nec (3) Promissis Impe-  
rantium, promittendo nonnulla subditis ad imperii rationem perti-  
nentia, ad qvæ sine promisso non teneretur. Facit enim Princeps ex  
indulgentia, nec necessario omnis obligatio cum subjectione conjun-  
cta. Summus mundi Monarcha DEUS infallibilibus tenetur promis-  
sis, quis verò infinitam huic denegaret Majestatem? Velthūs. de Prin-  
cipiis Just. ac Decor. p. 998. Pufend. VII.6.10. dissent. Culpis. L.c.p.17. Si  
in hypothesi loqui licet, dicam, nec Capitulationem derogare invi-  
ctissimi Imperatoris nostri Majestati, limitare eandem, non negabo.  
Lamp. 3. 2. 12. Gerh. in quest. controv. f. Publ. 2. 3. Hermes cap. 9.  
qv. 6. Etat Friedrich von Herden/ in der Grundfeste/ P. I. Tit. I.  
Spreng.

Spreng. in Inst. J. P. lib. I. cap. 28. p. 171. Limn. ad Capit. sect. 8. n. 22.  
qui sibi gratulatur, quod Grotium quoque assentientem habeat de J. B.  
& P. lib. I. cap. 3. n. 16.

### §. XVI.

Sicuti verò inviolabilitas indelebilis ac perpetuus Majestatis si-  
ve summæ potestatis character est: Ita nec moderamen inculpatæ tu-  
telæ contra Majestatem concedendum puto, quamvis amor connatus  
reclamare videatur. Urget hoc (1) Salus Reip. Interest enim Reip.  
ne caput illius pereat. (2) Natura amoris. Principes enim Regesq; , &  
quocunq; alio veniant nomine, sunt tutor es status publici; non igitur  
est mirum, amari ultra privatas etiam necessitudines; Nam si sanis ho-  
minibus publica privatis sunt potiora, seqvitur, ut is quoq; charior, in  
qvem se Respublica convertit. Seneca de CI. l. 4. (3) Si con-  
temnere non licet Principes, multò minùs licebit occidere.

### §. XVII.

Tertium rubri vocabulum est *Rex Romanorum*, qvæ appellatio  
etiam suis scatet ambiguitatibus. Duplii enim accipi modo, ex LL.  
Fundamentalibus certum (1) Pro ipso Imperatore, h. e. pro eo, qui  
mortuo Imperatore tanquam novum Imperii Caput per electionem  
legitimè constituitur secundum A.B. Cap. 1. §. 12. & 18. cap. 2. §. 2. & 3. Et  
hic olim solo nomine & coronationis Papalis actu ab Imperatore di-  
versus fuit, cuius principium vel introductionem Conrado III. tribu-  
unt Scriptores; Hic enim primus fuit, qui se ante illam coronatio-  
nem Regem Rom. & non Imperatorem scripsit, ut refert Goldast. in  
Replicat. pro Cæs. Majestate contra Gretser. cap. 36. p. 368. Hodiè a.  
nomine & potestate idem cum illo, de quo legi potest Limn. ad A. B.  
c. 1. §. 1. Obs. 5. (2) Pro infallibili Imperatoris successore, h. e. pro eo,  
qui vivo adhuc Imperatori gravibus & ab Electoribus approbatis de-  
Causis, interveniente legitima electione, tanquam immediatus ejus  
Successor adjungitur Rec. Im. de dato Augsp. 1559. in pr. de quo in A.  
B. nullibi expressa fit mentio, ut legi potest Limn. lib. 2. c. 15. n. 22 seqq.  
& ibidem Tom. V. & ad capitulationem Ferdinandi. I. verb. Mit fol-  
gender Genehmhaltung n. 15. seqq.

### §. XVIII.

Non quidem inficias ire possum, Caninum quatuor constitue-  
re modos eligendi Regem Rom. vid. p. 43. ad A.B. Ast rectè confu-  
tatur à Limnæo, qvia primus saltem modus ad Regem pertinet Roma-

norum, reliqui verò ad Imperatorem spectant Limn. in 3. Publ. lib. 2.  
c. 15. in annot. ad Capit. Imper. & in specie ad proëmium capitulationis  
Caroli V. p. 51. n. 1.

### §. XIX.

Uti verò in his Limnæo subscribendum : Ita deserendus mihi  
videtur, quando statuit, rectius Germanum quām Romanum dici Re-  
gem. Ne autem absqve fundamento quid dixisse videatur, ad se-  
quentes provocat rationes. (1) Nam si Imperator coronam Roma-  
nam , nec dum habeat ipsummet Regem tantum Rom. esse putat , sic  
que duos fore Reges Rom. in Imperio. (2) Melius discerni posse ca-  
pita, unum Germanici alterum Romani Imperii. (3) Non esse Ro-  
manorum, quibus non immineat, sed Romanum. Dubiis tamen  
hisce ex aſſe ſatisfecit mihi que otia fecit Lynck. in Annot. ad Bæcl. No-  
tit. Imp. & qvidem qvoad (1) Imperatoriam Potestatem non à coro-  
natione, ſed electione ejusque modo pendere. Qvoad (2) utitur  
quidem Rex Romanorum titulō Regis Germaniæ König in Germa-  
nien Rec. Imper. zu Speyer. 1542. pr. R. I. zu Nürnberg 1542. pr. R. I.  
1555. pr. 57. Aſt idem & Cæſari absqve confuſionis metu tribuendum,  
quia ſat discriminis ex cæteris nominibus haberi potest. Ad (3) va-  
let in Romanos eadem potestate quā Cæſar. vid. Annot. cit. ab Lib.  
IV. c. 2.

### §. XX.

Si qvis eo audaciæ progredi vellet, ut utilitatem electi Regis Ro-  
manorum in dubium vocare haud erubesceret, illum ipsum ſe quenti-  
bus retrænare luberet argumentis. (1) Qvia per constitutionem Re-  
gis Rom. Inter-regna evitantur, & bella domes̄tica ob æmulationem  
competitorum Imperatore absqve ſuccellore mortuō ſapè oriri ſolita,  
qvæ per Vicarios ob defectum potentiae & Majestatis ita ſopiri vel  
ſupprimi neqveunt, præcaventur. (2) Hostibus Imperii occasio, fa-  
cultas, & media Imperium turbandi & minuendi adimuntur, ut ſimi-  
liter notum, qvod ibidem ob dictam rationem per Vicarios ita inhi-  
beri non potest. (3) Ut abſente etiam Imperatore ſit aliquis, qui Im-  
perii habens gerat ac dirigat. Putant qvidem, libertati electionis  
aliqvo modo præjudicium inferri, dum ea liberius mortuo quām ad-  
huc vivō Imperatore fufciperetur propter autoritatem & respectum  
illius, qvo iſto in casu magis ad familiam illius, maximoperè autem  
tunc,

tunc, si ipse Filium alias dignum habeat, attendendum est. Ast pericolo huic apparenti satis percautum esse reor per Capitulationes jumento corroboratas, quorum nucleus & centrum libera per Electores Imperii collatio, uti testatur Capit. Carol. V. articul. 28. Ferd. I. artic. 26. Maxim. II. art. 14. Rudolph. II. art. 30. Matth. art. 35. Ferdin. II. artic. 35. Ferdin. III. art. 38. Ferdin. IV. art. 36. & Leopol. invitissimi art. eod. Nec hoc ipso fraus sit A. B. quae cap. 5. §. 1. disponit, ut mortuo Imperatore Vicarii gubernationem imperii suscipiant, id verò intervertitur, qui semper vel ut plurimum vivo illi Rex Rom. adjungitur. Nam ut taceam, quod in A. B. Regis Romani (uti hic accipio) planè non fiat mentio; sole tamen meridiano clarus ex ipsis verbis patescit, hanc dispositionem non esse necessariam, sed provisionalem arg. §. 2. dict. tit. 5. adeoque ad istum casum non applicandam, quo Imperator absque jam electo & constituto Successore seu Rege Romano moritur. Sicut & innunt ejusdem tituli §. 1. verba: quoties insuper sacrum vacare contingit imperium: quae omnino non de simplici, sed ad casum, quo Successor vivo Imperatori constitutus non est, restricta vacantia intelligenda, qua Imperatorem sine successore, non verò simpliciter mori, ad contingentiam referendum. Neque etiam semper ei adjungitur, sed dum demum cum necesitas & utilitas secundum predicta illud syadeat, uti praxis demonstrat. Burgold. p. 3. Disc. 4. thes. 2.

### §. XXI.

Nolo eqvidem contradicere statuentibus ab antiquissimis usq; temporibus simulacra quædam electionis extraordinariæ sive Regis Rom. deprehendi, Francorum haud repetens ætatem in Ottone M., qui vivente Henrico Aucupe, Ottone II. qui superstite Ottone I. & Maximil. I., qui à Patre Friderico III. Successores & destinati, video extraordinariæ electionis vestigia. Verum adducta aliâq; exempla remotioris seculi facti potius speciem, quam juris habere censentur; Ab arbitrio n. Imperatorum maximè pendebant, quæ hodiernam verò rationem inspecta electio nulla Ferdinandi I. tempora vix referet originem. Ille enim Carolo V. Fratri Rex Rom. hac electione adjunctus, quæ maximè per confederatos Schmalcaldiscos disputata, donec controversia composita transactione Cadamica. Confer Hortleder. de bell. Germ. lib. 3. c. 13. ubi istius transactio-

onis



onis verba: Dass künftig/wann bey Leben eines Römischen Keh-  
fers oder Königes ein Römischer König soll erwehlet / alle Chur-  
Fürsten zusammen zuvor bescheiden werden / davon zu reden / ob  
Ursache genug vorhanden / und dem Reich fürträglich sey einen  
Römischen König bey Leben eines Römischen Käysers oder Köni-  
ges zu erwehlen. Und wenn sie sich des vereiniget/ dass alsdenn und  
nicht ehe/ die Chur-Fürsten vermöge der guldnen Bulle sollen zu  
Königlicher Wahl erfodert / und zur Wahl geschritten/ und dersel-  
ben guldnen Bulle unverrücklich in allen nachgegangen werden: Und  
wenn im Fall was anders fürgenommen würde/ und ergienge/ dass das-  
selbige nichtig un durch ein *Decretum irritans* des Keysers cassiret seyn  
soll etc: Wie es aber der Person halber/vie zum Römischen König  
zu erwehlen und nicht Deutscher Sprache oder Zungen wäre/ auch  
ob zwey oder drey oder mehr Römische Könige auf einem Hause er-  
wehlet werden sollen / darum sollen sich die Chur-Fürsten inwen-  
dig vor bestimmter Zeit vergleichen und vereinigen / und solches in  
ihrer Vereinigung geordnet werden. Scharschmid. in System. f.  
Publ. Rom. Germ. c. 15. memb. 1. p. 85. seqq. Vitriar. in Jur. Publ. p. 299.  
Sunt quidem nonnulli, qvi dicunt, Wenceslaum primum fuisse, qvia  
in nulla antiquiori lege fundamentali Imperii mentio fit Regis Rom.  
Aureâ Bullâ; veruntamen adducta præcedenti paragrapho exempla  
planè contrarium docent, probantia, jam tempore Ottonum freqventi  
in usu fuisse creare Regem Romanorum, tametsi eligendi modus paulis-  
per varieaverit. Nec obstat A. B., cum ibi planè non sit sermo de Rege  
Rom. vivente Imperatore eligendo, sed mortuo aut deposito. Multo  
minus aliqvid facit, Wenceslaum in Regem Rom. vivente Patre fui-  
se electum, nam A. B. jam ante Wenceslai nativitatem erat condita, un-  
de non præsumendum, Carolum IV. rationem habuisse filii sui in A. B.  
Quinto enim demum anno post Wenceslaus natus est cum jam condita  
esset A. B. Natus qvippe ipse anno 1361, A. B. verò condita anno 1356.  
A. B. Procem. sub fin.

## §. XXII.

Olim quidem nonnisi consentiente Imperatore hæc peracta  
electio, qvoniam ante tempora Matthei Imperatores prius interroga-  
bantur, num velint sibi associari Regem Rom., & si absq; ulla justa cau-  
sa denegarint, Electores demum jus habeant eligendi novum Re-  
gem

gem Rom. Rhetius *Inst. f. Publ. p. 150.* Postea vero dato consilio  
ab ipso Matthia Augusto hoc mutatum, ita, ut Electoribus esset po-  
testas eligendi Regem Romanum, etiam invito Imperatore, modo prius  
res ei proponatur, rogato ut Regem admittat. vid. Capit. Matth.  
art. 35. Ferdinandi II. art. 34. Ferdinandi III. art. 38. & Ferdinandi  
IV. art. 36. ubi adhibetur formula auf angelegte Bitte der Chur-Für-  
sten re. Hoc v. Capitulatione Leopoldina art. 36. immutatum Elec-  
torumq; in tantum ampliata potestas, & ob omissam ad statuum Impe-  
rii monitum laudatam formulam, ne quidem Imperatoris conser-  
sum humiliter ab ipso petere sint adstricti. Hinc & de facili col-  
ligere licebit de Electione Regis Rom. in Comitiis Imperii Universali-  
bus esse agendum & statuendum. Instrum. Pac. Osnabrug. art. 8.

### §. XXIII.

Validissimis hisce ac indubiis hypothesisibus assertionem  
meam multis quamvis Jctis ac Politicis contrariam, legibus tamen  
publicis, imo ipsi veritati maximè convenientem de Majestate Re-  
gis Romanorum superstruere licebit. Affero itaq;, Regem Roma-  
norum habere Majestatem propriam, realem numeroq; eandem cum  
Majestate invictissimi Imperatoris. Propriam salutavi Majestatem,  
quia electio eam ipsi tribuit, non admisio Imperatoris in consortium  
ejus. Putant quidem, Baurmeist. de Jurid. lib. 2. c. 5. n. 8. seqq. &  
Carpzov. de Leg. Reg. Germ. c. 11. Sect. 5. n. 23. illam, quam habet po-  
testatem Rex Rom., ei competere ex delegatione Imperatoris, ita,  
ut omnia Imperatoria authoritate teneatur facere; sed rectius dicitur,  
illam esse ex electione certo modo & tempore exercendam, quo  
faciunt R. I. Spir. de anno 1542. §. So hat dem allen nach. ibi: An  
statt und im Nahmen Kaiserlicher Majestät und für uns selbst. Qua-  
lis locutio occurrit etiam in eodem Rec. §. Hierumb und dieweil.  
Et §. Damit solches alles. It. R. de anno 1555. §. So sich dann. Præ-  
primis, cum, ut supra demonstratum, Imperator etiam invitus religio-  
ne adactus, qua Imperii salutem ex consilio statuum promovere de-  
bet, admittere Regem teneatur, si necessitas tulerit, Lynck. in an-  
not. ad Bæcl. Notit. Rom. Imper. loc. cit. Realem Regi Romanorum  
assignavi Majestatem, quia, quamvis jura Majestatica non semper  
actu secundō possideat, hoc est, exercitium ad tempus pacto capi-  
tulationis & imperii observantia impediatur, gaudet tamen actu pri-

mo, h.e. possidet omnia jura Majestatem realem constituentia. Huc spe-  
stat judicium Scharschmidii in *System.* J. P. cap. 15. n. 4. bene putantis,  
haud absolum esse, ponere potentiam Majestatem in Rege Romanorum  
certis casibus exercendam, cum respectu tamen ad Imperatorem, in quo  
adhuc superstite ipso actu citra talem respectum eam cerni dicit. Quid  
Scharschmidius potentiam nominat, cum Swedero & Lynckero actum  
primum appellavi, quia hic à potentia proxima planè non discrepat.  
Non tamen separata est à Majestate Cæsaris, sed numero eadem. Distin-  
ctio enim subjecti non necessariò distinctionem Majestatis infert, cùm  
distincti effectus & operationes ob una numero causa distinctis sub-  
jectis inhærente produci ac edi possint. Præprimis quia absente vel mor-  
tuō Imperatore statim in actum secundum Majestas erumpit con-  
catenatumq; acqvirit exercitum. Et qyoniam nexus voluntatis in  
utroq; per capitulationem indissolubilis redditur, ita, ut una in du-  
obus verè detur voluntas, non habendum hoc Imperium pro Dyar-  
chia, quia ibi distincta non solum dantur subjecta, sed & distinctæ  
voluntates maximiq; dissensus locum invenire possunt.

#### §. XXIV.

Ne verò absq; ordine progredi videar in fulciendo meo  
asserto, provocabo (1) ad Titulos Majestaticos. Verba sunt signa  
rerum, cur non & in Jure Publ. & Actis publicis? Quid clariū  
hôc, quod Rex Rom. etiam MAJESTATIS titulō insigniatur per  
R. I. 1544. §. 46. R. I. de dato Speyer 1557. non qva dignitatis  
tantum summæ index, sed & qva summæ potestatis testis est. Limn.  
*Lib. 2. c. 15. n. 40.* Reinking. L. 1. cl. 3. c. 14. n. 50. seqq. Certè  
Majestas, si & pro titulo accipitur, in Imperio Rom. Germ. tantū  
æstimatur, ut Regibus etiam exteris denegetur, Regi tamen Rom.  
ac Imperatori tribuitur, & qvidem ab ætate Maximiliani I. tam à  
statibus quam aliis Regibus. Vindicarunt antegressis seculis imo &  
præsenti quoq; soli Imperatores nostri hunc titulum, nec alios Reges  
nisi Regiae dignitatis titulo appellandos censuerunt, Rom. tamen Re-  
ges nunquam voluerunt exclusos. Arum. *de Comit. c. 3. n. 45.* Sic in  
Comitiis Ratisbonensibus anno 1641. adhuc cum Electorum, Principum  
ac cæterorum statuum nomine ad Ludovicum XIII. Galliæ Regem  
scribi placuisse ac nonnullis videretur dignitatis ac Majestatis epitheti  
junctim utendum esse, nempe respectu Electorum & Principum  
voce

vocedignitatis, respectū Prælatorum, Comitum & Civitatum Imperialium verò Majestatis, Cæsar eos admonuit stylum in Imperio usitatum id non admittere: Dass den Kronen Francreich und Spanien das Prædicatum Majestas weder conjunctim cum dignitate, noch divisim zu geben/ sondern es bey dem alten Stylo zu lassen/mit welchen solches nicht herkommt/sondern biszhero allein eines Römischen Keysers oder Königes Majestät ( ubi expressè mentionem facit Regis Romanorum) im Reich agnosciret worden. Oportuit igitur solum dignitatis nomen omisso vocabulō Majestatis Literis inseri. Limn. not. Regni Franc. lib. 1. c. 5. & ad Capitulationem Rudolphi II. art. 32. verbō, von Käyserl. Majest. n. 24. p. 528.

§. XXV.

Eiusdem verò monetæ titulum imperatorium AUGUSTUS esse in propatulo est, qvo Carolus M. juxta cum Imperatoria Potestate à Papa Populoq; Romano fuit decoratus. Quantumvis etiam pridem ab eruditis ostensum Viris, Romanos Principes suos Augustos vocando, eos sanctos, inviolabiles, omniq; injuria humana exemptos ac ipso nomine venerabiles esse, significasse; Attamen non tanquam planè absurdia explodi propterea debet illa vocis *Augustus* ab augendo deductio, cumq; ea vetus, Allezeit mehrer des Reichs interpretamentum, cum ex criticis observationibus stylo publico leges ponere homini privato non liceat. Panciroll. lib. 1. thes. variar. lect. c. 2. Vindicarunt autem postmodum omnes ac soli Imperatores sibi illustrissimum huncce titulum, etiam contra invidas Gallorum protestationes in Conventu Osnabruco - Monasteriensi: nihilò tamen minus libera eodem utendi potestas Regibus Rom. nunquam fuit denegata, uti testatur Lib. de Pace Constant. in pr. ad quem provocat Lynck. l. c. Hoc qvidem discriminis intercedere videtur, qvod Imperator cum addito semper Augustus dicatur (cujus augmenti auctor Fridericus I. vel ad imitationem Græcor. vel Justiniani Imperatoris. Boecl. de Not. Imper. lib. 4. c. 1. ; ) Rex Romanus tantum Augustus; lingua tamen vernacula interpretatur, hoc discrimen esse exiguum, vel planè nullum, cum vocula Allezeit und zu allen Seiten etiam à Rege Rom. usurpetur & ab aliis eidem tribuatur R. I. Spir. de anno 1524. pr. R. I. Norinb. de eod. an. pr. R. I. de anno 1553. pr. Ferdinandus etiam R. I. de anno 1555. §. 66. ut & de dato Regensburg und Speyer 1557. in pr. se semper - Augustum appellavit

pellavit qvod & reliqui Reges Romani in suis fecere Capitulationibus. Salutatur præterea Rex Romanorum Caput Imperii dict. R. I. de anno 1555. §. 66. qui tutulus alias Imperatori proprius das Haupt des Röm. Reichs uti occurrit in A. B. c. 2. §. 2. 3. R. J. de dato Speyer 1529. §. 1. R. I. de dato Augspurg 1530. §. Nachdem ic. R. I. de dato Augsp. 1566. §. und nachdem ic. & de dato Augsp. 1567. §. Damit auch Chur-Fürsten. Distinctio verò inter Caput primarium & secundarium nec nostræ officit sententiæ, nec ad nostram facit hypothesin.

### §. XXVI.

Et ne tantum circa titulos Majestaticos hærere videar, conabor statuminare Majestatem Regis Rom. (2) per ipsam potestatem Majesticam, quam propriō possidet nomine. Sicuti enim electio Imperatoris plenissimæ Imperioriæ potestatis communicatio est: Quidnī & extraordinariæ Regis Rom. hoc tribuendum? quamvis ratione actūs secundi sive exercitii interdum qvoad nonnulla Jura concessa hæc potestas sit limitata. Huic adstipulatur sèpè laudatus Swederus l. c. p. 236. his utens verbis: Consequens est ipsius electionis effetus, potestatis scil. Imperioriæ plenaria attributio; quamvis enim (pergit) hodiè Imperatores Rom. Germanici non plenam & absolutam, sed certis limitibus circumscriptam & restrictam consequantur potestem, ut ex singulorum Capitulationibus intelligi potest, qvicqvid tamen habent potestatis, qvā tales, illud omne ex electione, quatenus hæc acceptationem electi includit, neutiquam verò ex Pontificis confirmatione dependet. Et iterum pag. seq. Electus Rex sive Imperator ex sola electione etiam anteqvam coronetur plenum (qvale tamen hodiè competit) Jus Imperiale & potestatē administrandi consequitur, qvod pluribus probat Arum. ad A. B. discr. 2. n. 20. & usus confirmat. Silentio jam involvam, qvod Rex Rom., qui Imperatori in viuis existenti adjungitur, capitulatione vivo adhuc Imperatore suo modo adstringatur Limn. ad Capit. in prolegom. Sec. VI. vide & ad Capit. Ferd. III. art. 42. & Leopoldi art. 38. Nec officit meo asserto, qvod extraordinaria (minus bene à nonnullis coacta) salutetur hæc electio, fit enim hoc melioris distinctionis ergo, ut distingvatur ab ordinaria, qvia Imperator Romanus absqve conditione mortis alienæ eligitur. Extrinseca circumstantia intrinsecam rei essentiam immutare haud valet, sufficit, qvod qvoad essentialia electionis convenerint. Conditio enim mortis

tis

tis futuræ suspendens saltem plenarium ac concatenatum Majestatis exercitium rem ipsam tollere non valet. Qvo verò B. L. omnem planè dubitandi eximam ansam, huic probationi per LL. Fund. clarissimè ac expressè propriam ac realem potestatem Majesticam attribuentes, novum conciliabō robur. Perlustret igitur R. I. de anno 1544.

§. 46. Der Römische König wird zur Ehre und Würde auch Macht und Gewalt des Römischen Königl. Nahmens erhalten und gesetzt. Hinc plenitudo illius potestatis immediate cum Imperatoria conne-  
ctitur R. I. Spir. 1542. §. 102. ibi von Römischer Kaiserlicher und Königlicher Macht und Vollkommenheit/ ut & in R. I. Norinb. 1542.

§. 24. Et R. I. 1555. §. 43. Wir setzen/ordnen und wollen / ac denique text. Capit. Maximil. II. pr. Ferdinand. III. art. 47. verbo. Bey uns-  
rer Königlichen und Fünftigen Kaiserl. Regierung. Schütz. Volum.  
I. Disp. 5. th. 3. lit. B. & volm. II. disp. 10. th. 2. lit. D. Adde & die Cammergerichts-Ordnung de dato Augspurg 1555. in proemio &  
part. 3. tit. 54. §. 2. R. I. de dato Regenspurg 1557. §. 88. in qvibus Fer-  
dinandus I. Rex Romanorum semper illa potestativa clausula an statt  
der Kaiserl. Majestät mir für uns selbst als Römischer König est usus  
R. I. de dato Augspurg 1555. §. 26. in qvo nobiles Imperii immediatos  
suos vocat subditos. Hoc videre licet ex omnium etiam R. I. sub Fer-  
dinando illo tanquam Rege Rom. publicatorum subscriptionibus,  
It. subscriptionibus Capitulationum, in qvibus hæc clausula reperitur:  
Gegeben in unserer Reichsstadt etc.

#### §. XXVII.

Qvia verò Majestas tanquam totum potestativum in Jura Majestatica divisibilis, meum est (3) per Jura Majestatica veritatem, hujus Majestatis tueri. Qvò eminentiora autem sunt jura, eò firmiori probatione mihi succurrunt. Reservata consentientibus Publicis accurationibus sunt Jura Majestatica, qvæ Imperator in præminen-  
tiæ signum propriâ autoritate tanquam summa Majestatis jura exerce-  
re & pro lubitū circa illa disponere potest. Qvis amplius audacter nega-  
re insistet, Majestatem realem ac propriam Regi Rom. competere, si pro-  
bavero & hæc splendidiora sidera in Majestatico nostro radiare Sole.

#### §. XXIX.

Primum locum haud immerito inter hæc ob nobilitatem objecti juri primiarum precum tribuo, qvod est potestas, cuius vi Im-

perator benè meritis vel aliis idoneis super beneficio Ecclesiastico pri-  
mum vacaturo prospicit. De hoc jure peculiares edidere tractatus  
Ahafv. Fritsch. Gerhard von Stöken. Professor qvondam Argenti-  
nens. Hostiensis *in summa de Jur. Patron.* Joh. à Chockier. Canonici.  
Leodiens. Adde Carpz. ad *L. Reg. Germ.* p. 322. n. 17. Thulem. p. 319.  
In confessio autem est, dici preces vel in sensu Politico, qvatenus man-  
datis æqvipollent, vel rectius cum recentioribus, non ratione Impera-  
toris concedentis, sed precistæ sive petentis. Primariæ autem salu-  
tantur, qvoniam à Cæsare vel Rege Rom. hoc beneficio ornati primum  
olim occupabant inter Canonicos locum. Et qvamvis Ferdinandus  
II. suas appellaverit preces, factum tamen abusivè & tralatitiè. Alias  
Panis-Brieffe / qvoniam per has precista præbendam sive panem pro  
meliori vitæ sustentatione obtinet. Sunt tamen nonnulli, qui distin-  
gvere malint in literas primiarum precum in specie, & eas, qvibus  
saltem Emerito in collegio minori vel Cœnobio Præbenda qvædam  
absqve dignitate, ut inde alimenta habeat, conceditur, quæ ideo Pa-  
nisbrieffe / Leyen-Pfründe zur Küchen und Keller dicuntur. Vid.  
Whener. *in Obs. pract. sub. tit. Panis-Brieff.* Quod autem summæ  
existimationis sit hoc jus, non solum ex hoc constare poterit, qvod in-  
ter reservata seu jure in eminentiæ signum administranda locum obti-  
neat, de qvo amplificando sæpè cogitaverunt Imperatores, & in specie  
Maximil. I. qui, ut majore in sacris polleret facultate, omne irritavit  
obvium ad recuperandum ab Antecessoribus spontè relictum chara-  
cterem Pontificis Maximi, emptis quoque jamjam proposito Cardina-  
lium plurimorum capitibus atra morte ablatus est. Vitr. *in J. P.* p.  
108. sed & qvia originem agnoscit ex nobilissimo jure Ecclesiastico.  
Fluit inde sua sponte nec concessiōni Pontificis, de qua jactitant Pon-  
tificii, nec juri Advocatiæ aliquid tribuendum, præprimis cùm ad  
omnes Ecclesiæ Imperio immediate subjectas etiam Protestantes se  
extendant, modo (1) Imperator præsentet Candidatum ejusdem Reli-  
gionis (2) Statutis Ecclesiæ sit conformis. Debet enim in cathe-  
drali Ecclesia Magdeburgensi esse Nobilis ex antiqua profapia or-  
tus & triennalis Academiæ studiosus. Si verò mixtae religionis sit  
Collegium, nihil impetrat præsentatus, nisi beneficium vacans religio-  
nis illius consors possederit. Vid. Instr. Pac. Art. 5. §. 5.

§. XXIX.

### §. XXIX.

Hoc tamen non obstante Romanorum Rex vivente adhuc Imperatore de licentia concedendi primarias preces gloriari, præpribis in casu absentiæ Imperatoriæ, Limn. lib. 2. c. 15. n. 37. seqq. Sinold. Colleg. Jur. Publ. Vol. I. Disp. 8. tb. 3. lit. B. Fritsch. l. c. c. 3. n. 3. & 4. Knichen. in O. P. lib. 2. P. 3. sect. 1. p. 172. Lynker. ad Boecler. Notit. l. c. probabiliiter afferunt. Absit autem ut statuamus, eo competere modo, uti Augustæ qvoad Abbatissas tributum, vel Ruperto Palatino per Diœcesin Spirensim & Wormatiensem à Wenceslao Imp. indultum, his enim non tam jus qvam juris exercitium ab Imperatore concessum, adeoqve hoc Jus non nomine proprio sed alieno exercuere, qvod de Rege Rom. neutiqvam dicendum. Nulla etiam datur lex publica, qvæ hanc ab Imperatore Regi Rom. factam probaret concessionem, inde constat propriæ Majestatis effectum esse. Cluten. in Syllog. rer. qvot. n. 19. Limn. lib. 2. Jur. Publ. c. 9. n. 3. 6. Fritsch. c. 3. n. 13. & 14.

### §. XXX.

Secundum inter reservata tenet locum Jus erigendi Academias, qvod etsi etiam Academia à curia suprema Parisiensi pro seculari collegio, referente Choppin. de Doman. Francie lib. 3. tit. 27. n. 12. & Mercurio Gall. Tom. II. p. 181. declarata, magna tamen affinitatem cum antecedenti jure involvere nemo negabit. Solum Imperatorem hoc Jure pollere in Imperio Rom. Germanico certò certius est. Hoc ipso tamen aliis non denegatur Imperantibus extra Imperii fines absoluta potestate gaudentibus & Imperio nostro non subjectis. Nec Regi Rom. qvid derogatur ob clarissimum textum Ordinationis Cameralis Part. I. tit. 3. §. Desgleichen sollen auch die Besitzer. & tritisimum Juris Publ. Axioma: Rex Rom. omnia potest mortuo scilicet vel absente Imperatore, qvæ ipse potest Imperator. Limn. J. P. lib. 8. c. 1. n. 34. Knich. in Oper. Pol. p. 1021. Videtur qvidem posterior dubitare de exercitio, quando his claudit verbis: Negandum tamen non est, exemplum usurpati illius nostro qvidem scitu non inveniri, vindicat tamen potius, qvam dubitat de veritate Juris, innuendo à negatione actus secundi ad negationem actus primi non valere seqvelam. Utī ipse mentem declarat suam l. c. p. 180: Qvibus qvoad privilegia addimus

mus in Ordinat. Cameral. p. i. t. 3. §. 2. potestatem Academias confirmandi Regibus his expressè attributam esse. Licet enim hoc tanquam singulare Ferdinando I. nonnulli tribuant, regerendum tamen est, illum non sibi solùm sed etiam Antecessoribus Regibus sc. Romanis hanc potestatem adscriptisse, ut hanc successoribus quoque competere dicendum omnino sit.

§. XXXI.

Tertium locum dabo Juri conferendi dignitates Imperii, h.e. creandi Reges, Archiduces, Duces, Principes, Comites, Barones, Eqvites, Nobiles, & Comites Palatinos. Est quidem Imperator fons ac fastigium dignitatum in Imperio, potestque solus dignitates Imperii conferre, uti exempla hoc testatum faciunt, vid. Goldast. *Tom. II. der Reichsatzung* / p. 9. 13. & 14. Limn. lib. 2. c. 9. n. 9. Choppin. de Doman. Franc. lib. 3. tit. 26. n. 5. Myler. *Archolog. cap. 9. & 10.* Unitas tamen Majestatis, quæ in Imperatore & Rege Rom. conspicienda, unitatem inducit potestatis. Svalent hoc LL. Fund. sicuti in R. I. de dato Augsp. 1548. §. 66. creatio Comitum & Baronum Ferdinandi I. Regi Rom. attribuitur, & actus tales in Capitulationibus Ferdinand. III. art. 46. & seqq. Ferdinand. IV. art. 44. Regi Rom. permis- si. Confirmat & ipsa praxis, cum post coronationem finitam omnes tales Reges Eqvites crearunt, ut ex illarum descriptionibus obvium & notum est. Hinc & supra nominatus Knichenius, ne quis putet, Regem Rom. delegata hoc habere potestate, sequentia facit verba: Potestas Regis Rom. propria nobis est, quæ suaptè autoritate ordinariè pollet, & consistit in creatione Principum, Comitum, Nobilium, Comitum Palatinorum, & Eqvitum solenni post electionis actum perficienda pag. 178. Hoc repetit enucleatiū pag. 880. sequentibus. Et quod in specie Rex Rom. vivente adhuc Imperatore majores Regalesque dignitates conferre possit, ac Ferdinandus I. tanquam Rom. Rex eas contulerit, constat ex R. I. supra citato de anno 1548. *I. Wie wohl auch. ibi. daß die Grafen un̄ Herren so Fürstlich ihre Dignität erlanget/ sollen in recognitionem præminentiae, so sie von uns / und unsern freundl. liebē un̄ Brüderu dem Römischen König empfangen/ leidlicher massen auch in die Anschläge des Reich gezogen werden.* Vultejus quidem lib. 1. de Feud. c. 8. n. 10. omnibus Imperii Principibus, & Schraderus de Feud. Part. X. Sect. 1. n. 26. etiam Baronibus in suis

suis Baronatibus hoc jus tribuit, quibus accedit Herm. *Hermes in Fa-*  
*sciculo J. P. c. 32. n. 26.* Habent & Archiduces Austriæ à Carolo. V.  
hoc concessum privilegium, ut non tantum nobiles, sed & Comites &  
Barones in ihsen Landen und Herrschaften creare possint. Limn. lib.  
5. c. 2. Idem affirmat de Comitibus Palatinis Rheni Cluten. in *Syllog.*  
*rer. quotid. conclus. 24.* Ast partim nituntur erroneo principio con-  
sistente in præsupposita Principum & Statuum imperii cum Impera-  
tore æquale potestatis paritate; partim confundunt illud, quod radi-  
caliter & originaliter in est, cum eo, quod quis derivativè habet.  
Plura vide apud Carpz. *de Leg. Reg. c. 3. Sect. 13. n. 49.* Limn. *de J. P.*  
*lib. 6. I. n. 44.* Sinold. in *Colleg. J. Publ. vol. I. Disp. 9. tb. 3.* Fran-  
cis. Pfeil. *Consilio 197. n. 2.* Hopping. *de Jure Insig. c. 8. n. 70.* Myler.  
*ad Rumel. ad A. B. part. 3. diff. 3. tb. 4.*

### §. XXXII.

Missis reservatis (quæ frustrè ab Hippolito à Lapide Relicta  
dicuntur) proximum est, ut ad communicata me conferam ex quo his  
ulteriores hauriam probationes. Hæc ab accuratioribus Publicistis  
in diversa dispescuntur genera. Vel enim ad Imperatorem & Electo-  
res tantum spectant vel Imperatori cum omnibus statibus sunt com-  
munia. Illa de novo in diversas distribuunt classes. Vel enim una-  
nimem desiderant consensum, uti Jus introducendi vestigalia, vel  
per majora expediuntur, v. g. Jus concedendi Regale monetæ, vel se-  
paratim literis declarato consensu, uti Jus indicendi Comitia uni-  
versalia. Quia verò generaliter accipere animus est, frustra quis  
distinctas hic examinabit classes. Sufficit communicata nobis in ge-  
nere præbere usum.

### §. XXXIII.

Primum autem inter hæc locum dare liceat *Juri decla-*  
*randi in bannum*, quæ violatoribus pacis publicæ aquæ & igni  
interdicitur, ut à nemine Imperio nostro subiecto in fidem & cliente-  
lam recipi, ab omnibus verò quoad corpus & bona impunè offendì  
possit. Vid. Ord. Cam. part. II. tit. 9. Banno autem ferire potest  
Rex Rom. æquè ac Cæsar, quin & Bannum suspendere, in multam  
convertere, & ab eodem absolvere. Probatio difficilis haud erit, cum  
D hæc

hæc & ex LL. Publicis, & Publicistarum testimentiis haberi possit. Provo co ad R. J. zu Speyer 1544. §. Und sollen die Goslarischen Königlichen Landfrieden/ Tit. von Gewalt des Cammer-Gerichts R. J. zu Speyer. 1542. §. die Räyserl. Majestät und Vir. Huc faciunt verba Erudissimi Swederi: Banni decernendi Jus in Repl. nostra habet Imperator, eoqve absente Rex Rom. vid. *Introd. in Jus Publ. pag. 565.* Nec aliqvid facit, qvod consensu demum omnium Imperii statuum Rex Rom. banno notare possit, cùm nec hodiè alio modo Imperator hoc utatur jure. Versatur enim in unius statū imperii proscriptione totius Imperii interesse, cur non & omnium consensus desiderandus? Tanto magis, cùm à temporibus Henrici V. usqve ad tempora Caroli V. perpetuò observatum. Limn. *ad Capit. Ferdinand. III. p. 719.* Hippol. à Lapide *de Rat. Stat. part. I. c. ii. Sect. 2.* Carolus qvidem V. exemplo planè novo sibi soli proscribendi sumfit licentiam, qvem sectutus Ferd. II. sed hujusmodi innovationibus in tempore obviam aturi Electores, Ferdinandi III. Capitulationi inseruerunt, ne qvis qvam ex statibus Imperii Electoribus inconsultis proscribatur. Art. 30. Imò in tractatibus pacis Westphalicæ obtinuerunt, ut omnium statuum reqviratur præscitum. Instrum. pac. art. 8. §. Habeantur &c. Idem dicendum puto de Banni relaxatione, ad qvam etiam statuum vel ad minimum Electorum adsensus adhibendus, vide monita ad Capitulationem Leopoldi. anno 1658. 27. April. exhib. Daß hin-führō kein Churfürst oder Stand des Heil. Reichs ohne genugsame Ursache/ und ohne Vorwissen/ Rath und Bewilligung gesampter Stände in Acht/ und Oberacht/ gethan/ gebracht/ oder erklärret/ und hinwieder aus derselben erlediget/ genommen oder gesprochen werden sollt. Nec obstat qvod Erfurthum ab Imperatore absqve Electorum consensu anno 1663. 8. Octobr. st. n. in bannum declaratum fuerit, de quo legi potest Franc. Irenic. *in Colleg. Jur. Publ. ad Burgold. Discurs. P. I. p. 234. & 238.* & Auctor Diar. Europ. Contin. ad illum annum. Resp. enim. Capitulationem Imperatoriam de banno adversus statum Imperii decernendo intelligendam, esse qvalis Erfurthen-sis non est.

§. XXXIV.

Gaudet præter hoc Rex Rom, investiendi Jure de Feudis Imperii,

perii, uti testatur Th. Michaël de Jurisd. Concl. 29. lit. E. Vid. lit. Invest. Henrici Rom. Regis Filii, Friderici II. Imperatoris, in Comitiis Norinberg. 1226. Et alias de anno 1224. in part. VIII. Diar. Europ. Appen. p. 51. & qvidem non tantum minoribus, qvæ clim per baculum, pallium, vel annulum concessa in Consilio Aulico Limn. Jur. Publ. lib. 4. c. 7. n. 24. sed & majoribus, qvæ ipse Imperator ordinariè in Aula confert, nisi pactione, aut privilegio aliud receptum. Sic Rex Bohemiae ultra decimum quintum milliare germanicum extra Regnum investituram petere non cogitur. Domus Austriaca extra Austriam investituram reqvirere non tenetur. Goldast de Regn. Bob. Dietericus distinctione inter investituram solennem & solennissimam defendere allaborat & adhuc hodiè investiendi modū per vexilla & sceptræ in usu esse, qvamvis rarissime exerceatur provocans ad exemplum Mauritii Electoris Saxoniæ, hincqve putat & qvoad Ecclesiastica & secularia procedere. Et sicuti circa aperta Electoralia magis restricta voluntas, qvam circa reliqua feuda Regalia: Ita illud ipsum de Rege Rom. dicendum propter Majestatis Identitatem. Qvamvis etiam Imperii Vicarii alias pleraq; Majestatis Jura durantibus Interregnis exercere soleant; horum tamen regalium feudorum collationem sibi arrogare minimè valent, per text. A. B. c. 5. §. 1. Dietericus & Bechm. ad verba Feudis Principum. ac Limn. l. 3. c. 22. n. 78. qui recte monent, hoc ipsum in utroq; feudorum Regalium genere Ecclesiasticis scilicet ac secularibus procedere & non magis feudorum Regalium Ecclesiastorum collationem Vicariis competere, qvam secularium, adeoque ab iis petere supervacaneum sit, etiamsi tempus petenda investituræ præfinitum, durante vicariatū sit elapsum. Limn. ad A. B. c. 5. §. 1. Obs. 19.

### §. XXXV.

Cognoscit & Rom. Rex de Controversiis Feudorum majorum & qvæ ac minorum, ita, ut ab ejus cognitione, si qva etiam in aliis fungi necessum fuerit, & Cæsarem eo, qvod in isto unam jurisdictionem habent, non appelletur c. 3. de appell. in 6to. mōdō lis inter Convasallos Imperio immediate subjectos sit exorta: non tantum propterea, qvod Imperator & Rex Rom. sint primarii Feudorū Domini, sed & vel maximè ob id, qvod Feudorum horum causæ Reipubl. nostræ Germanicæ salutem, de qva nemo magis sollicitus esse debet, qvam Imperator &

Rex Rom. vigore summi, quod tenent, officii, propius attingant.  
Reinking. lib. I. cl. 4. c. 29. n. 85. Notanter dixi inter Convasallos  
Imperatori Regique Rom. immediatè subjectos. Nam si contro-  
versia inter Regem Rom. vel Imperatorem & statum Imperii interce-  
deret, non Imperator nec Rex Rom. sed Pares Curiæ, seu Imperii  
Convasalli immediati sunt competentes Judices ex ipsius Imperatoris  
Sigismundi testimonio in literis ad Electorem Moguntinum anno  
1426. datis apud Klock. Tom. I. Consil. 7. qvæst. 2. n. 131 Strauch Dis-  
sert. Exot. Jur. Publ. 3. th. 8. Mynsing. 4. obs. 89. Struv. in Syntag. J. F.  
e. ult. Aphor. 6. Myler de statu Imper. c. 20. n. 8. Limn. Lib. III. c. 9.  
n. 51. seqq. Reinking. lib. I. cl. 4. c. 5. n. 6. Rhetius in Comment. ad Jus  
Feud. lib. I. Tom. 10. p. 363. Uti verò Imperator absqve Parium consilio  
has non dirimere valet controversias: Ita meritò secundum eundem  
tenorem de Rom. Rege pronunciandum, partim ob formam Reip.  
Irregularē, partim ob Imperatorum Sigismundi ac Frideri-  
ci II. expressam confessionem, uti rectè contra Buxtorf. ad A.B. th. 62.  
Th. Michaél. de Jurisd. th. 28. Reinking. lib. I. cl. 4. c. 19. n. 13. Schütz.  
de Vicar. Imper. Concl. 14. Stamler. de Reserv. Imper. §. 38. Spreng.  
Inst. J. P. lib. I. c. 16. Carpzov. de Leg. Reg. Germ. c. 9. Sect. XII. n. 27.  
Arum. ad A. B. Discur. 3. n. 41. Wurmser. Ex. VII. qvæst. 19. defen-  
dunt Limn. lib. II. J. P. c. 9. n. 32. Strauch. Diff. Ex. J. P. Th. 9. Myl.  
de Prin. Imper. & Statibus cap. 20. n. 12. Text. ad R. J. nov. Disp. I. th.  
66. Merckelbach. apud Glock. vol. I. Cons. VII. qv. II. Conring. Disp.  
de Jud. Imper. Germ. th. 48. Burgold. ad Instrum. Pacis part. II. detis.  
70. th. 3.

### §. XXXVI.

Eodem planè modo ad R. R. spectat Jus ferendarum Legum  
universalium, (Provinciales & Statutarias quilibet Imperii Status in suo  
territorio condere valet.) Hoc probat C. G. O. 1555. Capit. Reg.  
Ferd. I. art. 2. vid. R. I. de dato Augspurg anno 1555. §. 136. in quo Fer-  
dinandus I. ordinationem Politicam vigore officii sui, ut dicit, auxie  
eamq; suam vocavit vel mandavit, daß derselbe bey Reyserl. Majestät/  
seiner und des Reichs schwere Ungnade nachgelebet werde. Ord.  
Camerall. p. I. t. 25. §. 5. ubi Ferdinandus Cameram Imperialem suam  
nec non dict. R. I. de anno 1555. in pr. ubi Constitutiones & Jura in Imp.  
ob-

obſetvanda ſua vocat. Contendit qvidem Wefenbecius ad titulum de Legibus. n. 3. cum Reinkingio Lib. 1. Claf. 5. c. 6. Omnem Legum ferendarum, & abrogandarum potestatem unicè Imperatori & per conſeqvens etiam R. R. eſſe tribuendam; ſed confundere mihi videntur ſtatutum Monarchicum cum hodierno irregulari, cum non ſolùm temporibus Caroli M. Ludovici, & ſequentium Imperatorum, qui LL. tam Ecclesiasticas, qvām Civiles in concilio populi & Comitiis regni condiderunt, Conring. de Orig. Jur. Germ. c. 13. ſeqq. Sed & hodiè penes Imperatorem & universos Imperii Status exiſtat, ſive lex nova roganda, ſive rogata interpretanda, declaranda vel explicanda, ſive renovanda aut pro utilitate Reipubl. mutanda, aut planè abroganda. Id qvōd nec ipſe Ferdinandus diffiteri potuit in responſo ad Legatos circuli Franconici anno 1629. Testantur & hoc illæ in Recessibus Imperii adhiberi ſolitæ formulae: Mit der Stände Ermessen und Bewilligung; Mit Rath und Zuthuung der Gemeine des H. Römischen Reichsſtände vid. R. I. de anno 1559. §. Damit dann hinführv &c: de anno 1517. Weiters nach dem auch. Atq; inde ipsi Recesso Reichſſatzung/Reichs-Ordnungen/unſer und gemeiner Stände Abschiede audiunt. R. J. de anno 1564. §. Haben ſie/in fine. Qvanquam interdum à potiori Imperatore nempe, Keyſerliche Constitution, Ordnungen und Saſungen dicantur. R. I. de anno 1544. §. 74. Adde confirmationem per Inſtr. Pac. art. 8. v. Gaudeant. Capitul. Imper. Leopoldi art. 2. Limn. ad Capit. Carol. V. art. 2. p. 138. Nec obſtant loca, ubi Imperatori ea unicè reſervatur. R. I. anno 1541. §. Doch haben wir etc. Nam parata eſt ad hæc responſio ex R. I. de anno 1548. §. Nach dem rc. Scilicet Status hoc negotium Imperatori commiſſe, adeoq; potestatem ejus hīc extraordīnariam fuſſe. Fit autem talis vel promiſſione Statuum, vel commiſſione: R. I. zu Trier und Cöln. §. Item Gollen dieselben. R. I. de anno 1541. §. Und dieweil Uns. Deinde exclusio non excludit ſubordinata ſed oppoſita, hinc Rex Rom. exclusus eſſe haud poterit. Nec aliqvid contra facit notiſſima Legis latoria formula, qua di- cunt Imperatores ſc. hoc ex plenitudine potestatis decreviſſe intelligen- dum namq; derivativè, præſuppoſita Statuum confeſſione. Limn. ad A. B. Proæm. Obs. 29. Boecl. in Not. ad Dan. Otto. J. P. c. 8. p. 35. ſeqq.

§. XXXVII.

Eminet certè inter Jura Imperatoris communicata Jus indi-

cendi Comitia Imperii universalia, qvod hodie quoq; consentientibus Electoribus exercendum. Si ad superiora respicimus tempora, Caroli M. scilicet & successorum, indubium est absq; ullius consensu Comitia cogere Jus fasq; fuisse, qvod ad Carolum V. Imperatorem perduravit. vid. Reform. Friderici III. anno 1242. institutam, & Maximil. I. in Ord. Trevir. & Colon. de anno 1511. R. I. Aug. de anno 1518. pr. ibi. Und darauf Thür=Fürsten/etc: R. I. Ratisb. de anno 1527. §. Haben wir Botschafft. &c. Abusa autem hac libertate ab Imperatoribus, Electoribus placuit constringere hac in parte voluntatem eorum & qvidem primitus per Capit. Caroli V. Imperatoris art. 12. Qvod in seqventibus Capitulationibus deinde repetitum. vid. R. I. Aug. d. anno 1559. R. I. Aug. 1567. 1570. 1582. 1594. 1598. 1603. 1613. pr. 1654. §. I. Hæc coarctatio autem non solùm primam Comitiorum inductionem, sed illorum etiam translationem, qvin & tempus ac locum habendorum Comitiorum concernit. Sprenger. lib. 1. c. 23. R. I. Ratisb. de anno 1541. Ubi modus requisitionis explicatur. Non obstante autem summa hujus juris eminentia, nihilominus tamen R. R. tribuendum afferunt R. I. Regensp. 1557. R. I. zu Speyer 1557. Ubi non solùm potestas indi- cendi Comitia huic Regi assignatur, sed &, ut plena potestate præesse valeat.

### §. XXXVIII.

Et quomodo, quæso, crimen læsæ Majestatis in Regem Rom. committi posset, nisi & ipse reali gaudeat ac propria Majestate, qvod tam satis accurate probavit Lynck. in annot. ad Bæcl. not. Imper. loc. cit. Minimè verò accipiendum eo in sensu, cui favet Schraderus in Tract. de Feud. part. 9. c. 4. n. 7. hisq; eum exprimit verbis: Eodem modo ex hoc infertur, eum, qui Vicario Dni Feudi injuriam infert, Feudum amittere eam ob causam, quia injuria illata Vicario Dni. Feudi, ipsi Domino Feudi illata censetur. Baldus L. sed si hoc 10. §. fin. ff. de In Jus voc. Jac. de S. Georg. in tract. Feud. verbo Vicariiq; , n. 12. Fe lin.. c. Mandata. n. I. extra de Præsum. Qvod tamen ita demum vrum judico, si hæc injuria fuerit illata Vicario Dni. Feudi in injuriam contumeliam vel damnum ipsius Dni. Feudi, alioquin verò secus est. Putat igitur indirectè & transitivè (quomodo & in ipsos Electores, quatenus per hos læditur Imperator, crimen læsæ Majestatis committi potest, )

est,) & hoc loco esse accipiendum, qvod meritò improbandum.  
Carpzov. in praxi Criminal. Part. I. quæst. 41. existimat hanc sententiam in R. R., vivò Imperatore, electo committi posse crimen læsæ Majestatis non adeò tutam esse, partim, qvia eventualiter electus Rex Rom. Majestatis Jura nec ullam aliam potestatem sibi sumere possit; partim qvod Ferdinandus, vivente Carolo V. per totum administrationis tempus nihil suo habuerit Jure. Melch. Gold. in Const. Imperii p. 557. Verum enim verò committere videtur petitionem principii. Satis enim hactenùs probatum puto, Regem Rom. Regalia & Reservata & Communicata proprio exercere nomine ac authoritate, adeoq; propriam ac realem habere Majestatem. Demonstravi insimul conditionem, illam extrinsecam rei intrinsecam non evertere naturam. Ad textus infra responsurus sum.

#### §. XXXIX.

Tandem, qvô jure Rex Rom. aliis Regibus absoluta ac reali Majestate gaudentibus præferri possit, nisi & ipse eadem gauderet Majestate. Certum enim ipsum Regi Franciæ & in Ceremoniali Romano & Conciliis, qvibus Rex Rom. juxta cum Cæsare adesse potest ex constitutione Julii II. Pontificis Romani, præferri. Quett. cons. i. pro R. R. n. 22. Et si quis hac in parte authoritatem Pontificis suspectam reddere velit, asserens, Sanctissimum Patrem pro Judice Regum minimè esse habendum, provocare possum ad observantiam, qvam publica suppeditant acta. Dicis: Gallus huic sæpe locum disputavit, hinc & Chassenæus in Catal. Glor. Mund. p. 5. cons. 30. Regem Rom. Regi Galliæ postposuit & qvidem ex hoc fundamento, qvia hic absolutam habeat potestatem. Sed Resp. Ita nec ipse Imperator præferendus Gallo, qvia & huic à Rege Franciæ nonnunquam lites fuisse motas, testis est Limn. not. Regn. Franc. lib. 2. c. 6. Posito & nunquam concessso inde tamen non infringeretur Reg. Rom. Majestas, sufficeret ad probandam Majestatem realem, qvod multis aliis Regibus præferatur. Tandem certum hodiernum Imperatorem possidere Majestatem non absolutam sed limitatam, qvid inde?

#### §. XL.

Ne verò putet Adversorum cohors, argumentis eorum contrariis aliquid inesse roboris, prius in diversas classes dispescere

Iu-

Iubet, post ad enucleanda me conferam argumenta. Prima Clas-  
sis eorum est, qui ad defectum declinant, omnem Regi Romano-  
rum Veram ac Realem denegantes Majestatem. Hoc probare stu-  
dent (1) quia Rex R. recognoscit Imperatorem, eumque Dominum  
suum appellat. R. I. de anno 1548, in prin. v. So haben wir.  
Ibi Unsers lieben Bruders und Herrens. R. I. de anno 1544.  
§. Und damit aber solche Ordnung. 28. R. I. de anno 1555. §.  
Solches alles. Cum tamen è contrario ille ab Imperatore titulo  
saltim Eure Liebden. honoretur. R. I. de anno 1544. Und dies  
weil aber wir &c. At verò hæc omnia loqvuntur de diverso Majes-  
tatis gradu, vel de Majestate subjectiva. Major autem gradus ex  
Majestatis exercitio hauriendus. (2) Non perpetuam esse Regis R.  
potestatem, sed jura Imperatoria exercere eo usqve, donec Impe-  
rator absens vel aliis implicatus negotiis impeditus, esse desinat.  
Ordin. Cam. Part. I. tit. I. §. Nehmlich wollen. Ibi. Oder im  
Fall &c. R. I. de anno 1555. §. Und sollen &c. Sed distingven-  
dum inter ipsam potestatem & exercitium. Largior posteriori mo-  
do, sive ratione actus secundi, non verò primi, vel potestatis. (3)  
Nec absolutam Reg. Rom. esse potestatem, quia non omnia in Im-  
perio peragere posset, quæ ipse Imperator, per ea quæ tradunt Natt.  
Conf. 6.36. n. 29. Cluten. in Syllog. th. 23. Zölnet de Rege R. Elect.  
th. 21. Solvo autem hoc dubium distingvendo inter absolutam po-  
testatem in suo genere & simpliciter talem. Illa est hujus loci. (4)  
Acta & Gesta Regis Rom. revocabilem habere determinationem, nec  
vicariam potestatem inferre Majestatem, etiam si provocaret auff se-  
ne Königl. Macht und Vollkommenheit / & dicat vor uns selbst.  
Petunt id quod est in principio. Quæso: unde hic sensus LL. publi-  
carum probari potest, qui contra LL. publicas est? (5) Monarchiæ  
essentiale esse, ut non capiat duos, sicuti nec Mundus duos Soles.  
Joh. Cornman, in Disp. II. de Jure Majest. th. 24. Aliud tamen est.  
asserere plures Imperantes cum Majestatis multiplicatione, aliud ab-  
sque ea, cum in utroque subjecto indivisa sit Majestas, licet distin-  
ctim agente. (6) Quod à Rege in Cæsarem crimen læsæ Majestatis  
committi queat, E. subditus appellandus. Becker lib. 2. f. P. c.  
6. p. 92. Distingvenda tamen sunt tempora & concordabunt Acta

Pu-

Publica. Alia certè potestas hodiernorum Imperatorum & Regum, ac olim. Peccat qvidem Rex R. contra reverentiam & gratitudinem, qva Cæsari, vel Patri in confortium Majestatis recipienti devinctus, neutiqvam verò crimen læsa Majestatis committit. Lyncker. l. c.

§. XLI.

Altera ad excessum tendit, duplīcēt cum Limnæo statuens Majestatem, & qvidem ob sequentes rationes; (1) Qvia duo summa esse possunt absqve ulla contradictione in eadem Repl. capita, qvamvis diversō respectū. Ast diversitas Subjectorum in ipsa potestate discriminēt nullum, prout in suo genere potestas una eademqve est, qvam habet Vicarius & Principalis, qvoad jura Communita. (2) Regis R. Majestatem pendere à commissione Cæsarī; & si eadem Majestas Regis esset, qvæ Cæsarī, non posset dici der König solle der Käyserlichen Majestät keinen Eintrag thun. Respondeo verò, hoc magis probare identitatem Majestatis, qvam destruere. Deinde privatio exercitii per diversitatem gradus propriamqve conventionem excusanda. (3) Electores Cæsari jam dedisse Majestatem, hinc Rom. Regi tribuere eandem non valere, nec ipsum Cæsarem absqve abdicatione dare posse. Sed aliud est Majestatem novam & numero distinctam tribuere, aliud eandem majestatem in illa persona admittere, qvam in confortium Cæsar admisit. (4) Fieri in constitutionibus mentionem duplīcis Majestatis Käyserlicher und Königlicher Majestät. Largior ratione subjecti non objecti ac rei. (5) Non posse Regem Imperatori succedere, si jam ejus Majestatem habeat. Resp. Successio hic nihil aliud est, qvam continuatio potestatis, & acquisitio plenarii ac perpetui exercitii. vid. Capit. Ferd. I. Imper. de dato 14. Martii. 1558. (6) Appellat Cæsarem Dominum suum. R. Fit hoc ratione reverentiæ, non potestatis vid. Lynck. l. c.

§. XLII.

Tertia classis eorum est, qvi medianam tanqvam tutissimam eligerē cupiunt viam, hincqve in Rege Rom. delegatam defendunt potestatem. Provocant (1) ad mandatum expressum à Carolo V. Ferdinandō I. datum R. I. de dat. Speyer. §. 3. R. I. de dat. Nürnberg. 1543. in pr. & dc dat. Augspurg. 1555. §. 4. 5. seqq. Adde Ord. Cam.


E de

de eod. anno in procem. part. II. tit. 2. §. 2. (2) Ad mandatum tacitum vel implicitum in R. I. & aliis negotiis in absentia Imperatoris ab illo publicatis & pactis R. I. de anno 1555. §. 64. Ord. Cam. part. I. in procem. tit. I. 3. Transact. nomine Imperatoris Caroli V. & imperii cum Duce Lotharingiae anno 1542. Sed una fidelia duos parietes dealbo, à demandato exercitio juriū per conventionem voluntariā impeditorum, ad negationem Majestatis ac summæ potestatis infirma valet sequela. (3) Ad capitulationes Impp. quia in his Rom. Regibus post predictum Ferdinandum & quidd. Maximil. II. art. 15. Rudolph. II. art. 32. Ferdinand. III. art. 49. & Ferdinand. IV. art. 47. præscriptum & ab iis jurato promissum fuerit, ut ab omni Imperii administratione, nisi quantum ipsis ab Imperatoribus tunc existentibus permitteretur, se abstinere deberent & vellent. Sed meo qvidem judicio dispositio illa probabiliter videtur esse intelligenda de affectuosa & ambitiosa, adeoque Imperioriae Majestati & dignitati derogatoria, argumento verborum in capitulationibus hac formula: *Daß Er Ihr Majestät die Zeit Ihres Lebens an Ihrer Hoheit und Würde des Kaiserthums keinen Eintrag thun solle*, comprehensorum; non verò de necessaria & ad salutem Imperii solum directa Imperatoriique minimè derogatoria administratione.

§. XLII.

Et hæc sunt, quæ non tantum pro thematis propositi dignitate, sed & ingenii mei tenuitate publicæ ac solenni ventilationi exponere allubuit, ut verò dextrè à B. L. accipiantur, obnixè contendο. Si per omnia non placuerint omnibus, placebunt tamen nonnulla.

S. D. G.






Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-650779-p0041-1

DFG





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-650779-p0043-2

DFG



# Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



B. V.

JURIDICA

AJESTA.  
EGIS RO.  
DRUM,

am  
ri JCtorum Ordine

LIPSIENSI

SIDE

O WEIDLINGIO,

J. U. D.

e ac Fautore suo

reverando,

ventilationi

ji. A. M DC XCV.

onnet

T O R

REICH VIBEGIUS,

Hungarus.

SIAE,

UELIS TITII.

14